


Alexander

Cracoviensis Collegii Soc. Jesu Concursus astrorum primae magnitudinis.

28.

# CONCVRSVS ASTRORVM PRIMÆ MAGNITVDINIS.

ad Geniales Tædas

*JLLVSTRISSIMORVM D.D. NEOSPONSORVM*

# D. ALEXANDRI

DE PRZYIMA

# PRZYIEMSKI.

SVBDAPIFERI REGNI,

&

# D. TERESIÆ TARŁOWA.

*JLLVSTRISSIMORVM PARENTVM*

# D. CAROLI

DE SZCZEKARZEWICE

# TARŁO,

PROCANCELLARII REGNI,

&

# SOPHIÆ

IN BABIN,

DIGNISSIMÆ FILIÆ

à

*Gratulabundo Apolline*

Collegij Cracoviensis Societatis IESV,




# OBSERVATVS.

Anno DEI-Hominis M. DC. XCII.

*CRACOVIÆ Typis Nicolai Alexandri Schedel S.R.M. Ord: Typ:*

10. ſ.

Iam Tibi molitur Stellantia serta Bootes,
Inq; decus SPONSÆ jam Sidera parturit æther,
O digno nectenda Viro.

*Claudianus de Nupt: Honorij & Mariæ*

Fascibus insignes, & Legum Culmine fultæ
Convenêre Domus

*Idem in Epithal: Palladij & Celerinæ.*

Modernis temporibus Asciam figurant in rectum dispositam, Coloris argentei, Manubrium est aureum, intra Asciam LVNÆ medium ponitur.

*Okolski Orbis Poloni tom: 3. Tit: STARZA alias TOPOR.*

# In Stemma Gentilitium
## ILLVSTRISSIMÆ DOMVS PRZYIEMSCIANÆ.



I.
Non parcus ſplendoris Hymen; dant Sidera tædas;
Solem VIRGO ſuum porrigit, VRSA faces.
II.
Molles VRSA Roſas verſat; quo fine? Patrimæ
Nempe NEO-SPONSÆ, pronuba Serta parat.
III.
Mella Roſæ generant apibus. PRZYIEMSCIA geſtat
VRSA Roſas; ergo mellea ſecla vovet.

# Ná Herb
## IASNIE WIELMOZNEGO DOMV TARŁOW



I.
Coſz w wielkośći cży Xiężyc, czy TOPOR celuie?
Muśi bydź większy TOPOR; bo go obeymuie.
II.
Ma Słońce w PANNIE ſwoy Dom; złoty Xiężyc w STARZY.
W Niebo zámienia źiemię Himen; gdy ie parzy.
III.
Znákiem Szláchectwá Xiężyc; TOPOR go piáſtuie;
Snadź w ſobie wieczną ſtándzę Honorom buduie.

Non





Onniſi Cælo Duce, ad Illuſtriſſimã Domum Veſtram pervenitur ILLVSTRISSIMI NEOSPONSI. Illuſtris Ille Regum anteambulo, à Natalitia adorati DEI-Hominis specu, ceu prodromo lumine, ad Illuſtriſsimæ Domûs Veſtræ adyta, publicis prælucet plauſibus, deflectit ipſe. Vos verò interim ILLVSTRISSIMI NEOCONIVGES, Veſtræ in partem Pompæ, non plebeium aliquid adventare præſtolemini, cui ad Veſtra uſq; limina, acceſſitæ Cælo faces præferuntur. Nos certè, ſociale ad fædus, magna equidem, ſed terrarum tantùm Lumina concurriſſe, credebamus: cùm Illuſtriſsimæ Domus Veſtræ Atrijs, iam Cælum influat, & velut æmulo plauſu, noſtræ certaret contentioni, tædas accendat Nuptiales. Cõmunicata cum Terris ſerenitate, feſtivis collucet ignibus Olympus altior, nè, poſtquam unam in Domũ, prima Lechiarum Aſtra confluitis, vapularet erga cognata Lumina Stellarum urbanitas, ſi in tanto, tamq; Illuſtri ab utriuſq; Poloniæ finibus ſiderum concilio, defuiſſent officio. An, quaſi ſolitis, publicæ hilaritati arridere ignibus parum eſſet, auctioribus flammis, Terrarum gaudijs placuit inardeſcere? an, quód ſine plauſu Veſtræ Domus Fortunam ferre non poſſent Superi, Lechiarum felicitatem ex tantorum concurſu Aſtrorum, recentibus teſtantur prodigijs? aut veriùs, quia æmulatione, quàm ſuis accendi æſtibus illuſtrius videbatur, pingunt in ſe ſidera, quæ ſpectant; & velut Orbi anguſtias exprobrarent, ampliore Theatro ſcenam repetunt, ac Veſtri Hymenæi pompam explicant. niſi fortè, ad tripudiantis Lechiæ ſpectacula malit videri Cælum oculatius. Timere certè ſibi, nec immeritò poterat, nè Nobiliſſimorum Aſtrorum Concurſu, non illuſtrius videretur, niſi nova Lumina ambitioſiùs accerſiſſet. Quidni verò? cumulatis Stemmatum, Virtutum, Honorumq; ſplendoribus, tantùm diei ſolem non eripitis, vindicato minorum ignium fato, quibus exorto Prin-

cipe, necesse est videri minùs quàm luceant. Concurritis enim magna (nec satis est tanta esse!) etiam prima, Lechici Cæli Lumina, ut, cùm hactenus Cælo propè dissitis, utriusq; Poloniæ Orbis, ægrè sufficeret ambiendis, nunc Vos, non sine publicæ felicitatis præsagio, Domus una capiat. Mutuo Honoris & Fortunæ connubio, ita animos, ita Illustrissimarum Domuum fulgores sociatis, ut cùm Vobis singulis, è Vestro maximus splẽdor sit, maior utriq; fiat, utriusq; consortio. Sequuntur Te ILLVSTRISSIME NEOSPONSE, Maioris, ILLVSTRISSIMAM NEONVPTAM, Minoris Sarmatiæ decora, non usitato agmine; hoc est: Orbem geminũ una Domo concluditis; & Nuptialẽ Catenam non tam consertis Annulis, quàm integris Orbibus implicatis. Neq; Tu ILLVSTRISSIME ALEXANDER PRZYIEMSKI, citra injuriam Nominis Tui acturus eras, si Tibi, quantùmvis Maior, qualẽ Tu facis, dicatur Orbis; aut Gentilitia Domûs Tuæ VIRGO minùs de augendo formæ honore solicita, si illi unus sat mundus erat exornandæ. Angusta Vobis Vestra est Macedonia PRZYIEMSCII; quanquàm totum, quantum est & audit, Lechicum arctaretis Cælum, si ex Illustrissimo Vestro sanguine tot haberet Astra, quàm Magna habet. Protensis tam latè palmis, Magnitudinis Vestræ mensurâ Avita Raviczíæ Gentis VIRGO porrigit, quæ cùm Majoris unâ, alterâ Minoris Sarmatiæ ornamenta intercipit, palàm efficit, quanti sitis. Equidem ILLVSTRISSIME NEOSPONSE, satis erat Gentilitium Tuum Sidus, suo splendore dives & suorum; ILLVSTRISSIMI PRZYIEMSCII estis, etiam in exortu; & ad quam cæteri lucis Augem, Vos cum illa nascimini. Ita Astrorum Princeps, primo mane iam sibi par est, & utut altior in processu videatur, maior non fit. Tanto sub sidere, quantum Vestrum est, lucem aspexisse, fòrs alijs magnæ olim lucis præsagium vel auspicium est, Vobis auge & penè tantùm Vobis. Neq; Domus Vestræ prodigia qui norit, admiratione hic hæreat, utcunq; id maximæ felicitatis modum excesserit: cùm iam totum propè Vestrum dicatur, quidquid Patriæ interlucet; adeò, ut Gentilitia Domus Vestræ VRSA, sibi equidem tantùm Sidus, agnatis aliorum Luminibus Cælum sit; nec uni tantummodò ex duodecim signo, sed Zodiaco, & si quod populosius Cælo siderum Regnum est, par ferendo. Non unius Fortunæ sinu nati excipimini: leguntur

tur

tur aliorum in Ceris Vestra Nomina: Vestris è vultibus, tot Domuum noscuntur Imagines, quibus affinitate sanguinis, colligavit Vos natalis splendor, & tot complexa, per totidē divisa Principes in Regno Familias, Illustrissimi Generis Vestri claritudo. Si recensendis nominibus, angustias sibi pagina non timeret, palam foret, Coronatæ Gentis Vestræ VIRGINI, intra privatum propè Regnum esse. Sed parum erat, Avitum Vestrum Sidus, tantæ magnitudinis esse, nisi primæ sit. Honorarijs innutriti splendoribus, seu Senatorijs Curulibus, seu Regni Scipionibus innitimini, Frontem occupatis Cæli Lechici. Hoc Vos in Sole, Avitæq; signum VIRGINIS, collocat virtutum meritorumq; luce, splendor cumulatus natalium, per Majores Tuos, in Te usq; propagatus ILLVSTISSIME NEOSPONSE. Ex Divis Majorum Tuorum umbris par erat, de Sideris Tui, Tuaq; magnitudine iudicare; sed parcent Immortales illæ Animæ, Magna Senatûs Regni Columina, Heroës sacerrimi Majores Tui, si omnium meminisse debeam in compendio, id est, in Te uno. Te Majorum Tuorū compendium, fòrs injuriâ appellavi; illi quippe, nì Majores fuissent, Tu tantos effecisses. Avito Illustrissimæ Gentis Tuæ Plaustro (hoc Vrsæ inter Sidera Nomen est) ad summā splendoris Augem, Domûs Tuæ gloriam evexisti. Natalitium Domus Tuæ Sidus, Nobilissimi influxu sanguinis, quandam Tibi, præclara agendi necessitatem indixit. Tu certè acceptam à Majoribus lucem, per Honorū Meritorumq; augmenta, (quod & Tibi illustrius est) propagâsti. Ipsa sibi Gentilitia Tua VIRGO, videtur in dies formosior, cui Tu, ad Avorum Atavorumq; Tuorum Imagines, ceu consulto speculo, efformatarum virtutū adijcis ornamenta. Id deniq; agis, ut, quæ Majorum præclarè factis, in primæ Magnitudinis Astrum excrevit, VRSA, Tuorum amplitudini meritorum debeat, quod Major sit, & dici mereatur. Quanta enim à Te lucis accipit incrementa, nunquam non reliquis Sarmatici Cæli Luminibus, tandem etiam se ipsâ major. Nunc primùm dubitare incipimus, fierine abhinc illustrior posit, Illustrissima TARŁONVM è Domo Consorte, jam auctior? Illustrissimam Tuam in Domum (ut raró solitaria sunt Magna Lumina) declinâsse non poterat tam Illustris Cynthia, sine Astrorū comitatu, splendorum satellitio. Multùm secum Avitæ lucis defert, Illustrissimæ Tuæ NEOCONIVGIS Gentilitia Bipen-

nis, in quam ex ipsius Iovis vulnere, & sanguinis multum, & luminis plurimum emanavit. Praeunt illam numeroso passu, tot decorum fortunatissima Agmina: individuo gradu, vestigijs Patria insistit felicitas: multum fulgoris praemittit, ut Princeps Astrorum solet, ante se, multum secum, & se infert ante omnia: censeri vix possunt, quae sequuntur. Iuris hoc totum Tui est, quidquid ILLVSTRISSIMA TARŁONVM Domus habet, quae, si originem inquiras, Fastis Annalibusq; controversiam facit hactenus, an aliquando incaeperit? Sunt, qui postquam Illustrissimae Gentis Avos, Atavos, Tritavosq;, & sexcenta alia Nobilissimae Antiquitatis recensuerunt nomina, uno STARZYORVM (assurgit interim tanto Nomini Polonia, ceu in honoratissimum Stemmatis Vestri senium, vellet videri reverentior) vocabulo, grandaevam Tantae Domûs, exornant vetustatem. Vos posthumae aetates, quidquid Antiquitas memorandum Vobis reliquerit, STARZIOS fecisse cogitate. Non desunt, qui construendae primùm Lechiae TOPORORVM Asciam insudâsse ferant: illamq Palatinorum adhuc in Zodiaco ad Poloniarum regimen effulsisse, à quo nunquam moli suae Patria timuisset, si solis constâsset TOPORIIS. Toporio tamen vel uni imputent, illi Sarmatiae Principes, quòd adhuc audiant Optimates: audijssent Optimi, si plures habuissent TOPORIOS. Quanquam majore pòst numero, illi subsellia Regni implevêre: tumvè vel maximè Senatus erat sui Nominis, cùm STARZIOS recenseret. Vt verò recenseri etiamnum possint, vel unus Tu efficis CAROLE TARŁO Regni PROCANCELLARIE, Illustrissimae NEOSPONSAE Parens Illustrissime. Nihil sibi à temporum iniquitate timet, antiquissima Gens Tua, postquam Te nacta est vetustissimae STARZYORVM Domûs, grande Columen. Illius damna, si per temporum senectam semirosis annorum edacitate, Avorum vultibus, Tantae Domus gloriae detractum est, pensas ab ineunte aetatè moribus integerrimis, id est, Tuis. Ab Illustrissimis Generis Tui STARZIIS nihil antiquius habes, quàm, ut de Patria mereâre: Tu verò utcunq; Gentilitiam Tuam ASCIAM, toties excidio hostium, & Patriae usibus hebetatam, sola, quam non solam mereris, *laude acuis*: sed Patriae interest, ne Avitam in Te STARZYORVM virtutem minùs, revereri cuiquam videretur, nisi meritorū, non amplitudine minùs quam antiquitate

tiquitate

tiquitate lassam, subsellijs excepisset. Tibi imputa, quòd obsequio malis prodesse Patriæ, & interim seu STARZONVM, seu facundiæ titulo, id Tibi nomen debeatur, Nestorem Regum agere. Quantum splendoris accessit Gentilitio Sideri Tuo ILLVSTRISSIME NEOSPONSE, etsi hanc solam, quam ab Illustrissimo accepit Parente Domui Tuæ intulisset lucem Neo-Consors Illustrissima. Subscribendum est Lechici Orbis iudicio, Vestra nunc in Domo non aliud, quàm lumina luminibus iungi, splendores sociari splendoribus, hoc est, qvendam Astrorum primæ Magnitudinis unam in Domum Concursum esse. in quo non decuerat, non tam suo metro, quàm Vestro Nomini obligatum etiam Phæbum defuisse. Ergò, dum ille Regiæ Vestræ Limina adire non sine plausu, apparat.

*Panditur interea Domus Omnipotentis Olympi.*

# PRZYIEMSCIANI SIDERIS

## *Natale Cælum*

## *MAIOR POLONIA.*



NOn satis est terras ortu superâsse. Deûmq;
(Nam Phæbo reptata Delos, parvoq; Tonanti
Creta fuit.) natale solum: Cælovè stetisse
Quo potiora micant & primæ Sidera molis
Non satis est: Majora juvant ac amplior Orbis
PRZYIEMSCIS superûm voto, conceditur Astris.
Inter Sarmaticos qui Major Olympus habetur.
Hic quæ Sarmatico primùm Cunabula Regno
Et nidum posuêre Aquilæ, meliore sereno
Sideream vincunt volucrem, propiusq; tuentur
Alitibus solem radijs, nec fulmina ponunt;
Si fors Threijcij meditantur bella Gygantes
Et Lechico certare Iovi. hìc fluitante sereno,
Eridanum tum PROSNA suo, tum VARTA profundo
Fingit, & undantes spargens per cærula flammas,
Æstuat in rutilos fluctus. hìc pervia soli
NAVIS Stellifluæ multùm supereminet undæ,
Antiquamq; novis Argon quatit æmula Rostris;

 Non

Non procul atrati toto CAPVT altius VRI
Zodiaco, duplices radios & Cornua iactat,
Atq; ſua ſe luce ferit: tum ponè LEONES
Accendêre jubas, & adhuc dominantur Olympo.
Mox SOLEÆ prælustre jubar, quâ ſemita Divûm
Candicat, attritu rutilos exſuſcitat ignes,
Nobiliusq; nitet, quám cum *ſplendeſcit ab uſu.*
Hìc radios volucres, hìc ſpargunt tela SAGITTÆ,
Conſpicuiq; ENSES vibrant, nec inerme ſerenum.
Sic rutilant, Patriasq; Faces ex ordine jactant,
Sarmatiæ primævus Honos, et Lumina Regni,
Tot Lechiæ Soles, tot Magni Nominis Astra,
Anguſtantq; Polum. Minor haud eſſet Olympus,
Tot niſi Luminibus majus Fortuna theatrum
Parq; daret Pompæ. fit Cælum Majus ab aſtris,
Queis molem debet Nomenq; POLONIA MAIOR.
Natalis Polus VRSA Tibi PRZYIEMSCIA, cunctis
Clarius, & reliquis, VIRGO, formoſius ASTRVM.
Nam quæ Sarmatiam Majorem Lumina clarant
In multas diviſa Domos, PRZYIEMSCIA VIRGO
Vna tulit, Regnumq; ſuo comprendit in Aſtro,
Et Lechiæ MAIORIS opes: quæ ſponte fatetur
Se titulis creuiſſe Tuis, & creſcere tantam
PRZYIEMSKI, clauſisq; Domus ſplendoribus una,
Quanta patet, radiare Tibi. Par luce refulget
Omnibus, & quidquid Patrijs clareſcit in oris
Hoc ASTRI facis eſſe Tui. quod ſufficit Orbi,
Vix ſatis eſt Magno Generi. Lux ſanguinis alti
Tanta eſt. Cognatis ſic gloria creſcit ab Aſtris!
Sed reliquis olim tantùm radiantior, VRSA,
Ipſa ſibi nunc Maior erit. Nam ſidere primo
Auctior, adſcitâ TARŁONVM è ſanguine Gemmâ,
Sarmatiæ, certatq; ſibi, tantové ſuperbit
Pondere, & agnatum prope jam deſpectat Olympum:
Cúm repetet Patriam tantis ſplendoribus aucta,
Natalemq; Polum viſet; nunc ſidere MAIOR
Ferre diem, & Lechicos poterit dare iura per Axes.

MAŁA

# M A Ł A   P O L S K A
*Oyczystych splendorow Konjunkcyi*
## A P P L A V D V I E.

POznáć z wielkośći łatwo, co zá Fenomená
Horyzont iásny czynią, przemysłem Hymená
W wieczną sprzężone parę. Teraz prorokowáć
Swiátználazł okázyą, co ma obiecowáć
Z tákich Aspektow sobie. Przyrzec się tu godźi
Ze przy tych ná nádźiei Plánetach, nie schodźi;
Ani Wielmożne Astrá zwyczáiu nie miáły,
Zeby dla sámych śiebie splendor rozkrzewiáły.
Prześwietná TARŁOW STARZA; iáką Iowiszowá
Wiekom poważna władza szczyćić się gotowá
W Ręce RAWICZOW wpada! ná co iák zmowione
Po Zodyáku według sławy rozrządzone
Przychylne inne gwiázdy, dźwięk ogromny dáią
W świátłách Lucynę chwaląc, skronie nákłániáią
Iskrzące się Száfirem; záledwie tákowy
Applauz się usłyszeć może, kiedy południowy
W swych znákách Febus stáwa: á bo gdyby z Niebá
Pozornieyszego Słońcá spodźiewáć się trzebá.
Polská Splendorow Mátká, záchęcenie bierze
Zywych Affektow, że iuż nie w Máppách y Sferze
Do Słońcá pássow szuka: lecz z swoiego śládu
Tey sámá ściezki doszłá; Pożnym dla przykłádu
Pełná wesołych myśli. Snadź gdy w Bogow grono
Przez ligę Przyiaćielská Iunony proszono,
Tákich Plauzow nie było. Iákby w pierwszey porze
Fortuny swoiey byłá; kiedy przy TOPORZE
Swiátło VRSYNOW widźi. Iákosz iest nie máła
Poćiechá wielkich Domow ziednoczona chwałá.
Wyborne swe ozdoby, ktorymi dość godnie
Postronnych oko zarzy, wznieca zá pochodnie
Weselnym Geniuszom. Możne Trybunały
Wszędźe, czy Funkcyi oblig przypisáły
Honor przysądźić świátłom wszák Themis zeznáłá
Ze STARZY, bez powagi swey, nigdy nie miáłá.
Tu Woiewodztwá zorze wysypuią swoie,
Orzeł ná iásność chćiwy, áż się o Podwoie
Po złotey opárł linii z rożno fárbowánych
Pior, czytáć wolno będźię źiem skombinowánych
W życzliwe chęći dowod. Tu Száfłatne pole
Gwiazdámi rozsádzone, Oryony w kole


Imię

Imię TARŁOW skłádáią. Lubelskie IELENIE
Złote podnoszą Kárki, gdy tákie złączenie
Leśni brzmią Sátyrowie. zgołá POLSKA MAŁA
Z wielkim śię Appáratem ná ten fest wybráłá.
A ták w Koronnym Mieśćie skompendyowáne
Ná tryumfálnych Bramách plauzy wypisáne
Pod strażą Orłá skłáda. Gdźie Wándal Krzyształy
Rzadko widáną fozą, pozbierawszy w wáły,
Iáko przed láty z Wendą láwirował złotą
Do czystych Erydánow; z niemnieyszą ochotą
Z sławą Gwiazd Senatorskich ziednoczonych płynie,
Aż poki śię w Báltydźie dobrze nie ochynie,
Tu Domowe Kámeny dzwięku przyczyniáiąc
Słodką rozdraźnią Cytrę, swoim pobudzáiąc
Koncertem Naiáśnieyszych. Niechby z Porfirowych
Wezgłowkow zniozszy skronie, z Swiątnic Wawellowych
Wysłáli promień oká: iák Venus rożána
Cugiem Łábęćim, splendor Polskiego Tytáná
Po tle Olympu woźi, wykwitłey Mirtámi
Stándze iey upátruiąc między Boginiámi.
Czyli z tąd chwały szuka? Iáko ránná Gwiázdá
Wynikáiąca z Orłow Sármáckiego Gniazdá
Wzrost co raz nowy bierze, W pierwszych Woiewodách
Dwunastu: wszczęty splendor, dotąd choć w zawodách
Márśá krwáwych, nie przygásł. A w tym POLSKA MAŁA
Pomiárkowawszy Afekt sercá, zámilczáłá;
Dáć innym mieysce prágnąc, ukłony niosącym,
Iakich zwyczáynie wiele, przy świátle wschodzącym.

# CÆLESTIS ALEXANDRIA

*Magno in Polonia Ciui*

ILLVSTRISSIMO D. ALEXANDRO PRZYIEMSKI,

*Maximi Nominis auctor.*



Lausit ut innumeras intra Tua Pectora dotes,
Te genito Lechis una serena dies.
Protinus Astra suas decertant linquere terras;
Sidereum Tecum crescere Nomen avent.
Inde domos vacuas, torvi sprevêre Leones;
Nec Libræ tenuit curia sveta domum.
Bellipotens rigidâ se proripit æde Gradivus;
Stellantesq; celer deserit Vrsa polos.

Arci-

Arcitenens Heros, flexo laudatus ab arcu,
Promptior ad cursum quam sua tela, volat.
Saturnusq; senex, fessos titubantibus artus
Fuste tenens, præceps, passibus urget iter.
Cætera conveniunt, ac pulchro se ordine miscent,
Detegit auratas hic Cynosura comas;
Hic aurora nitet, venturi nuntia Solis,
Pòst Phæbus celeres aureus urget equos.
Sed vix certatim longos sinuata per arcus,
Ignivoma ad cunas Astra stetêre Tuas:
Cum sibi Majestas subitò decrescere visa;
Sidera, non inter, cernitur ullus honor.
Quæq; superna Tibi certatim Nomina ferrent
Nullum Te dignum Nomen, habere, dolent.
Offert Libra suum: Libram sed gloria Martis
Vincit, utrumq; offers, major utroq; puer.
Arcitenens celeres si vibret sponte sagittas,
Par manus officio, concilioq; præit.
Æquat consilium si vis resoluta Leonis;
Iungis utrumq; simul, major utroq; simul.
Postquàm summa Tuum ignorantia Sidera Nomen
Vidit, qui magno Nomen ab Orbe tulit,
Egreditur Cælo, multâ comitante catervâ,
Præcedunt magni brachia capta Duces;
Vincula, captivâ Reges cervice tenentes,
Ante coronatos ire jubentur Equos.
Vtq; recens cupido conspexit lumine natum,
Veramq; effigiem comperit esse sui;
Indolis ac animo volvens exordia magnæ,
Belligeri inspirat bella, facesq; DEI.
Tum galeâ puerile caput cristâq; rubente
Induit; & passus edocet ipse graues
A cunisq; Tuis Major regressus ad Astra
Vivet ALEXANDER nomine crede Tuo.

# KONIVNKCYA IMIENIA
## Iáśnie Wielmożney TERESY Domu TARŁOW
z Imieniem
*Iáśnie Wielmożnego Iego-Mośći Páná*
## ALEXANDRA PRZYIEMSKIEGO

STOy sławo, czy prawdá, że Máćedonu Páná,
Nie zwyćiężyłá, ręká Perskiego Tyráná?
Czy niedobytá Tyrus, y Báktrá, y cáły,
Zeby go był zwyćiężył, zdał się bydź świát máły.
Ták słycháć. W tym go doszłá, w lochu od Wulkáná
Sykulskim, ukowána, lecz skrzydlásta ráná.
Acz długo prácowáły, Stygiyskich rąk młoty
Wszák przećię zfárbowáły w Krolewskiey krwi groty.
Mężna TERESO, że cne sztuką, Heroiny,
Y odwagą przechodźisz, bitne Márszá Syny,
Káżdyć to, gdy obaczy, przyznáć muśi szczerze,
Ześ męstwem przewyzszyłá odważne Rycerze.
Prożno chwalić Mężyce; gáśnie iuż y owá
Choć, ustá krwią Cyrowe, poiłá Krolowa.
Gáśniećie, w Heroiny bogáte Láceny
Wielką część stráćiłyśćie, przy TERESIE, Ceny.
Czyć w łuk strászne, nie dáły, krwáwe woien Cory
W zwyćięskim, pierwszey, Márśie, Amázony gory?
Precz by y tyśiąc męstwá; to nád inne śiłá,
Ktoraby ALEXANDRA kiedy zwyćiężyłá,
Potrzebá tu śił więcey: Procz tego że nośi
Imię ALEXANDROWE; sławá o ńim głośi.
Imieniem ALEXANDER, lecz męstwem nád niego,
Státku y sercá w świećie szukáćby drugiego.
Stáneły w Márśie Strzáły, waleczni Pomiánie,
Zeby byli skłonili Páná ku odmiánie.
Lecz Herbowne żelázá, Domow Arszenale,
Vznáły, że iest twárdszy nád Noryckie stale.
Nád to, że z Plánetámi, Niebo mu hołduie
Znáć, że w nim, coś większego nád inne, bydź czuie.
Słyszał Hymen weselny. Y ták sławie rzecze:
Widzę, że nie zwyćiężą Kopiie y Miecze;
Iednák ufam że wygram, Cney TERESY Strzáłą,
W Iáśnie Wielmożnym TARŁOW Domu, pozostáłą,
(Ktora gdy Bogomyślne TERESY przeszyłá
Serce, zá Kleinot, w tym ią imieniu złożyłá)
Rzekł Hymeneusz: zátym, (bo mu się to godźi)
Strzáłą, z TERESY sercá dobytą, ugodźi.

*Imie IMć Teresa ktora z przybitē sercem Strzáłą małuią.*

Tryum-

Tryumfuie TERESA, nigdy nie dobyte
Ze ſerce ALEXANDRA było ieyodkryte.
Prętko w tym świetne Nimfy, y piekne Dryády,
Y Páńien Elizyiſkich, Niebieſkie gromády
Miſterną wieniec ſztuką, niezwiędły uwiły
Z kwiećia, ktore wſtyd żywy w Erydánie piły.
Więc ápplauduiąc, koło wieczności ná ſkronie,
Nowym kunſztem, ſzczęśliwey złożyły Bellonie.

# SOL in VIRGINE
## *VRSA ſemper MAIOR*
## PRZYIEMSCIANÆ Domus Sidera.
*Seu, ſplendor Nominis ab Avito Stemmate.*

ILluſtre Vobis è Superis genus
(Cognata Cælo Nomina) quis neget
Fluxiſſe? Veſtrum ſi notârit
Sideribus radiare Stemma,
Puroq; tantùm Lumine confici.
O quanta Cæli pars ſuper Ægide
Veſtra videtur! quantus Arma
Splendor habet! potiora ut Alto
Deſcîſſe credas Sidera, Patrij
Pertæſa Cæli; Stemmate quod putent
Lucere Veſtro plus beatum,
Qvam ut reliquis ſocientur Aſtris.
Hinc VIRGO caſtis conflagrat ignibus, *Zodiaci Sidus Virgo.*
Quam Sole dives baltheus exhibet,
Complexus Orbem, bisq; ſena
In totidem locat Aſtra Menſes;
Qualem nec Æſtas auge potentior,
Nec congregatis Syrius æſtibus
Vtcunq; multo tunc ſereno
Irradiet facies recocta
Suſpexit unquam; non ſimilem Deæ
Vultum attulerunt arbitrio Iovis,
Abire dum quævis ſtudebat
Muneribus potior Tonantis.

Non tam venuſtis pingitur ignibus
Inter Planetas Cynthia, vel Venus,
Dum ſe exhibent Orbi videndas
Non Hyadum, Driadumq; tales
Fulsêre frontes. Quantus honor Tuæ
Quantusq; ſplendor VIRGINIS emicat,
PRZYIEMSCIANÆ lucis HÆRES
Quam Patrium Tibi Stemma format.
Appello Veſtræ Gentis Originem,
Quam Vos ab ipſis Regibus Angliæ
Ductam, Nepoti inter trophæa
Et meritis datis auctiorem.
Sed nec Minoris Nomine Sideris
Dignabor VRSAM; *Par oneri fera*
Quin Major illâ, quæ Triones
Perpetuo vehit Vrſa plauſtro.
In Sole lucem, Meridie diem,
Et nocte purâ, Sidera poſtulat,
Veſtrum qui adhuc neſcit ſerenum;
Lucis opes Domus una tantas
Collegit, ipſis Sideribus graues;
Aſtræa Cælo jam minor aſpici,
Diffidit Aſtro, jam Bootes;
Nemo domi neget eſſe Cælum.

*Origo Stemmatis Rawicz à Regibus Angliæ.*

# ZŁOTY WIEK
## *JASNIE WIELMOZNYCH TARŁOW STARZ*
*Niebá obiecuią.*

POwroććie cźáſy, ktoreśćie złotymi
Płynełypiaſki; ábo scześliwymi
Niebá obroty chodźiły,
Gdyśćie TARŁOw świátu urodziły.
Nie prędzey ſwego wywiedźie Prádziádá
Z wiecznośći Alcyd; nie prędzey Pálládá,
W złotey godźinie wiekuie,
Aż ią świátu Topor uformuie.

Cáły-

Cáłymi trzebá liczyć ćię wiekámi
Wielkich TOPOROW sławo: nikt rokámi
Nie zliczy. iednesz Wászemu
Kolebki, co y świátu Polskiemu.
Tu Márs domowy, dźiećiny piástuie
Ná Tarczách kroki Rycerskie gruntuie
Pestáńskie Bellońá roże
Ná żelázne odmieniłá łoże.
Nie ták waleczne Othoná topory
Brzmią po Quirynách; ustáią splendory
Lydyi: gdy chcą z TARŁAMI
Rownáć Rzymy, gásną z Augustámi.
Tu rad Oyczystych Cnotá záłożyłá
Dom, á ná dálsze TOPOR zostáwiłá,
Tu Páńskich Páłác Honorow
Cała Izbá wielkich SENATOROW.
Co száble głoszą? iáko zákrwáwione
Obmywał Euxyn żelázo splusczone
Krwią Pogáńską: Podolskie skáły,
Twárde kárki náchylić muśiáły.
Gdzie tylko imię przebyło Sármáty,
Tám przodkowáły TARŁOWSKIE bułaty,
Dony, Dunáie przebyte,
Zimny Boot, Káledon, odkryte.
Z tákicheś Przodkow, z tákiego strumieniá
Cna HEROINO nábyłá imienia
Swiátći y Niebo hołduie
Złoty pierścień wiek złoty ślubuie.
A gdy w Dom, Cnotą y Męstwem wielkiego
Fortunnym krokiem idźiesz PRZYIEMSKIEGO;
Zyczliwe ták wiesczy pioro:
Zyi szczęśliwie, zyi Wielkiey Krwi CORO.

# CERTAMEN SIDERVM

*De Gentilitio*

## PRZYIEMSCIORVM CÆLO.


IBo bipennis Pegaseo super
Sublimis Æthon: æthera Lynceum
Thaumanteæ visam astra Floræ
Aût vitreum Thetidos marinæ

Lustrabo littus. Pierides precor
Vincite doctis, alipedem, dare
Sonum lupatis; astra Vati
Vt pateant, adamante & auro
Distinctus æther. Iamq; rosaceas,
Iam Dædaleo celsior Icaro
Conscendo turres; & Deorum
Sidereas studiosa lustrat
Pupilla villas. Vnde sequacia
Diu, remotus despicio iuga
Decrescit Atlas, Hæmus, Othrys,
Et Rhodope feriente nubes
Pennâ volucri. Nec propior nocet
Videri Orion; Vrsa nec horridis
Vecors pruinis: nec recursas
Cyllare Bellerophonte liber:
Nec ardet auro, nec vigili uritur
Plejas Pyropo: nec juba Massyli
Terret Leonis: an Nemæas
Cautior Herculeos in ausus
Præsensit artes? Iam vacuum incola
Cæli, cruenta Parthus arundine
Remisit arcum: non retorquet
Cornua, nec stabulatur Astro
Candente Taurus: consita gemmeis
Cæli reliquit pascua floribus
Agnus, peregrinumnè vellus
Colchica Iasonij replevit
Arcana furti? quin & Apollini
Cohors quadrigas Pieria instruit:
Argenteæ linquuntur ædes
Puniceâq; ruit venustus
De sede Titan: VRSA decus poli,
PRZYIEMSCIANI gloria Stemmatis,
Celer Bootes, grandis Arctos,
Patritio famulantur Astra

PRZY-

PRZYIEMSCIORVM ſanguini; Ab æthere
Totus ſubintrat ſplendor, & aureos
VRSINA Sarmatarum Olympo
Progenies meditatur Axes.
Hinc clara fulget Camenecenſibus
Bilanx Coninis in Capitaneis:
Hinc Mercurij virga in Legatis:
Inde Leo Ducibus, RAVITA
Saturnus illinc tempore gemmeo,
Majoris hæres Sarmatiæ nitet
Gneſnenſe Sidus, Lancicenſis
Zodiaco radiat ſerena
Virtus Polono. Scipio Curiæ
Regni, in domandis hoſtibus Hercules
Clavam rotans. Sic in RAVITÆ
Sidera conveniunt Olympum.

# NIEBO ná ZIEMI.

*Koniunkcya Oyczyſtych Splendorow Funduie.*

RZymie, Auzonow Páni, w Przodkow Cery
Bogáte ſieni przymkni; dość maſz Sphæry,
Zeć ſię w Potomkách práwie Antárktyká
Imię dotyka.
Ze ſławná z Oycá, dość ſię nágłośiłá
PORTIA; że krwi z Senatu nábyłá,
Niech nie wykrzyka, lub z Pánow zrodzona
Corká Kátoná.
Táſz w Orłow Lechá gniażdżie ieſt Lucyná,
Y tu, nie z ládá głazu płod poczyna
Pyrrha; w prześwietne żyzne ſą kleynoty
Polſkie Booty.
Nie ſą to płonne Duchy. TARŁOW Domu
Czy iáſny Splendor zgáſnął w oczách komu?
Wielmożna wyday Heroino proby,
Domu ozdoby
Przerywa mowę, ſtogębna Bogini,
Trąbę zkieruie, áż ſię dźwięk uczyni
W Powiátách Polſkich; á cożywo prawie
Da ucho ſławie.

Z wielkiey krwie TARŁOW iák Erydán z Febá
Zabieraſz tytuł PANNO, á co Niebá
Nurtom Qwiryná dáły; Tobie Twoie
Dáły podwoie.
Záſczyt Minerwá, nád inne Boginie
Aż pod Zodyák nieśie. że Dźiećinie
Poczętey z głowy Iowiſza, śiekierá
Zyćie otwiera.
Tobie coś więcey dźiedźiczne TOPORY,
Ze krwie Oyczyſtey dáły; gdźie Honory
Godną w Koronie, pięknym laurem głowę
Zdobią TARŁOWĘ.
Tám ſię Pieczęći, tám wielkie Tytuły
Ciſną, Lew z támtąd Krzyże y Inſuły
Bierze; z tąd doſyć wolność ma ſwobody
Dość Themis z Grody.
Niechby Tyryiſkiey Nimfie wir zákręty
Syrius ſtrawił, niech Murex w odmęty
Bezdenne płynie, á Kolchickie floty
Trácą prząd złoty;
Nic ná Purpurze Oyczyźnie nie zchodźi
Ktora ſię záwſze w domu TARŁOW rodźi
Z tąd Senat w Krzeſłá, z tąd y w Káſztelány
Pięknie przybrány.
W tym ſławá zmilknie; á Niebo wzruſzone
Z kręći ku źiemi koł, ná Erygone
W zámián iść myśli; lecz Cybele żwáwa
W kroku mu ſtáwa.
Zmarſczy powieki, rzecze: y przekona
Mam Herkuleſow, mám y Erychtoná
Polſka niech Arktos, wezmie w ſwą dźiedźinę
Tę Heroinę.

# MAIESTAS SIDERVM

*à Dignitate*

*JLLSTRISSIMI NEOSPONSI.*


I cuiquam mens eſt, rerum cognoſcere cauſas
Et ſuperûm ſancita doceri:
Non fato Titulos, & Lumina magna Curules
E meritis collata videbit.
Nomina, conveniſſe ſuis illuſtria rebus,
Ingenij pars maxima Divûm:

Nempe

Nempe severa Themis, propriam respexit in Vrnam
Quâ meritis sua præmia condit;
Scrutatura, Sacros attentiùs ordine Fasces
Quo RAWICZ dignandus honore
Effusas in bella manus dignosq; lacertos,
Quos accendat vellere Syrus
Vidit: sed quoniam supereminuisset Olympo
Cunctorum mens usibus apta;
Sic socias circumstantes affata: Negare
Virtuti ornamenta nefas est.
Hæc meruisse sat est: non profert omnia Phæbus,
Nec Lunæ decus omne refulget,
Sidera parva micant totis se: hìc posse decorum
Debetur quodcunq; veniret.
Quo magis inclarescat Amor, par pectus in omnes,
Virtus æqua Polo: hic ornatur honore
Non etenim splendore procul, Lecheæ gloria mensæ,
Quam vellent ambire Catones,
Et Procerum Regni variantia vota replere;
Ac illustribus esse palato
Est honor ipsius Iovis; est laudata potestas,
Non nisi committenda supremis
Subdapifer claretur ALEXANDER, cui pulchri
Collectis famulantur Amores
Agminibus. Dotes Animi, candorq; disertus,
Titanem recreare parati.
Hic sine felle sales, effundit Gratia, toto
Pectore; sensus, nectar habentur.
Hic castigatâ satiat convivia, suadâ
Mens lectis condita Camænis,
Moribus invitat gustum: qui sancta docerent
Numina prudentesq; Lycurgos.
Non Siculæ Cœnæ tantos generare sapores,
Et pretio hoc caruisse feruntur,
Quo Te donat Honor; Generosa Lucina coronat
Splendida quod fecêre talenta.
Nullus Hymenæo densis fulgoribus aucto
Hospitibusq; satis facit Astris.


SVBDA-

SVBDAPIFER Tibi pro merita virture relictum
Splendores & Lumina tractes.

# DOM SŁONCA
## *JASNIE WIELMOZNYCH TARŁOW*
Od Fortuny wystáwiony
*Abo, Splendor Prześwietney Fámily Iey-Mośći Panny.*

CZyli tą fozą Słoneczne pokoie
Misterna ręká robiłá
Ktora sámemi gwiazdámi podwoie
Y wspániáły strop podbiłá
Szerokie śćiány wysokie filary
Wsczyro ogniste przybrawszy pożary?
Niewiele przeczę; ále nie sámemu
Słońcu te włásne pozory
Dáłá Fortuná tož wszytko Wászemu
Domowi; w ktorym splendory
Zámieszkáły się ták wielą wiekámi,
A práwie u Was są Domownikámi.
Przez sáme spáry gwałtem się dobywa
Promień ze złotá odlany,
Tá świátłość, ktorey práwie nád to zbywa,
Y sáme rozwiera śćiány.
Ledwie wystárczą ták przestronne gmáchy
Wypiera wielkość świátłá śilne dáchy
Coż gdy odchylisz drzwi Budynku tego,
Ktore splendory támuią.
O jáko gęsty blásk imienia cnego
Y ognie oczy przeymuią!
Nie ták gdy śilny Encelad oddycha
Ætná śiárczyste promienie wypycha.
Ieżli po śćiánách rzućisz bystrym okiem,
Ktore Przodkowie ośiedli,
Iáko się pięknym uwiedźiesz widokiem!
Tu nie ták śmierćią wybledli,
Bárdźiey od sámey zbieleli świátłośći,
Iásność y sáme náwet pali kośći.
Kogosz to widzę? Prześwietny Nawogi
Pierwsza Krwi TARŁOW ozdobo:
Ná czołoś wyszedł y przed sáme progi
Páłácu; Godna osobo
SĘDOMIERZANOW mężne Woie wodźić
Godna ták świetnych świátu TARŁOW rodźić

Y lubo

Y lubo twoiey známienitey cnoćie,
Zá wet oddáiąc Oyczyzná ,
Senatorſkie ći w Koryńſkiey roboćie
Krzeſło nádáłá; lecz żyzna
Nádgrody ieſcze, ná tym nie przeſtáie,
Ciebie w Potomkách honory nádáie.
Cny Synu Otto. Rodźićielſkiey chwały
TARŁOW imienia Dźiedźicu,
W ćiebie ſię wſzytkie ták cnoty zebráły
Iednego iákby po Rodźicu,
Ze krwią zárázem, tož męſtwo táż rádá,
W ćiebie ſpłynełá, káždego Náddźiádá.
Tępieie oko, łákomá zrzenicá
Tákich widokow, w łzách tonie,
Gdy nowe záwſze ſplendory rožnicá,
Ná tey y ná owey ſtronie;
Prześwietnych TARŁOW nie máła liniia
Vporne oko z odwagi ſwey zbiia.
Wielu nie widziec, bo gęſte poświáty
Skąpo Was oku dawáią;
To wiem, że ledwie nie wſzytkie Powiáty
TARŁAMI ſię záſczycáią;
Wámi ſię pyſznią w Senaćie Kuruły
Ná Wáſzych głowách áž rosną Infuły.
Cny ALEXANDER, NEORY, IANOWIE
Ktorych y przez świátło twarzy
Doyrzeć. Ci wſzyſcy ſą Woiewodowie;
W PAWŁOWEY ręce ſię żarzy
Arcybiſkupi Krzyż; Káſztelánowie,
W drugiey iáśnieią Páłácu Połowie.
Ani dopiero Pieczęć w TARŁOW ręku,
Kánclerz MIKOŁAY nią włada.
Ná Ciebie po niem o Prześwietny Wnęku
Dźiedźictwem (wierzę) przypada;
O Tobie mowię Wielki Podkánclerzy
Ktorego Imię w naylepſzą ſię ſzerzy.
Co zacz ieſt ceny Twá cnotá w Koronie
W iákiem reſpekćie zaſługi
Z tąd znáć, że Cię PAN tuż przy ſwoim Thronie
Mieć chćiał; y iuż Vrząd drugi
Ná Ciebie kłádąc, świátu pokázuie,
Ze Twoiá wierność naymniey nie ſzwánkuie.
Rosły Pelion do Oſſy przydałem,
Abo do południá wſchodu,
Gdy ná dom PSZONKOW wſpomniałem,

Wielkiego Cna Mátko Rodu.
Rownáć ćię z Koncha, ktora perły rodzi,
Rowncć z iutrzenka, kiedy dzień wywodzi.
Zá Achillesá co Grecy Thetydźie.
Powinni. y zá Hektorá
Od wdźięczney Troi co Hekubie przyidźie,
Ktorym przez dźieśięć lat porá
Woienna ſtáłá: Oyczyzná zá Syny
Tobie powinna ktorych w wielkie czyny
Przykład Rodźicá y Dźiádow wpráwuie
Bity gośćiniec do ſławy.
Każdy z nich w ſobie Krew TARŁOWSKA czuie;
Y godne TARŁOW zábáwy
Iuż przed ſię bierzę; á młodemi láty
Do rowney Dźiádom wpráwia ſię zapłáty.

# COMITATVS ASTRORVM

*Ex Meritis & Virtutibus*

*JLLVSTRISSIMI NEOSPONSI.*



Atura magni ſideris, non commodo
Ardere tantùm proprio:
Quot nutrit ignes, educat tot publicæ
Spei, Bonoq; Phoſphoros.
Augere Generis limites primus labor:
Avita lux non ſufficit.
Sic Aſteriſmos fulgido figit tholo,
Nè depraventur omina:
Semperq; magnitudini eventu pari
Explere vota nititur.
Qui ſpontè RAWICZ aurei ſatellites
Denſo ſequuntur agmine;
Aſtrum decori dives, & pro libera
Gignens nitorem Patria
Deprædicant: & lucis acceſſu novæ
Faces Hymenis ampliant.
Si dignitas ſit æſtimanda Nominis,
Hâc ipſe Tytan uritur.
Si facta ponderentur: Aſtra gemmeas
Celare debent lampades.

Non

Non unus in vultu Triumphus excubans
Inauguratur Herculem.
Hæc dum Pòéta percipit vivaciùs,
Circum, CHOCIMI limina
Sensus oberrant Vatis, ac anhelitu
Clarant ALEXANDRVM crebro.
Hic non tenaces credidit bello manus,
In Bistonum graves minas.
Raptum Polono climati Phæbum, tulit
Curru Camelis horrido
Enses & iras noverit Martis Lechi,
Fastus Musurmanni trucis!
Appellet VRSINOS Belli Cometen; pallidæ
Vmbras daturum Cynthiæ,
An non desertum senserat Mercurium
Draco feralis Moscuæ?
Quando Palatinis Comes Splendoribus
Pollux adhæsit Castori.
Non quælibet Cæli Domus, tam fervido
In igne pascit Sidera!
Vt Arcton accendant procul nego io
Feramq; iungant Aliti!
Assensit hisce Purpuratorum Patrum
Fastigium, Splendoribus.
Subjecit Echo personans in Atrijs,
Complexa sensum NVNTII:
Multùm decoris vendicavit, hinc sibi
Amica luci veritas.
Sed interím dixisse sat: PRZYIEMSCIVM
Stellantis Hæredem Poli.

*Cum ... ftris: ... multi ... Pál: in M... Leg...*

*Leg... ad G... Com... Reg...*

## Rowne Ozdoby Cnot, w Nowo Záślubioney
## HEROINIE.
*Niebo prezentuie.*


Z Chwalona kiedyś, po wszytkim się Delu
Rozeydźie: powieść, iák z Splendorow wielu
Wiedne zbieráły Pandory osobe
Troskliwa praca, Boginie, ozdobe.



Dosz

Doſzłá tá ſławá w Cythereyſkie Dwory,
Gdźie ſwoie, wznieca ogniſte pozory
Ledeyſki Bożek: Aż on ná ćięćiwie,
Nápiętą Strzáłę wyſyła ſkwápliwie
Do Peleuſzá; wnet w ſerce ugodźił,
Bo ſię z ſwym łukiem, ták ſkłádnie záwodźił;
Iść zránionemu kazał w Bogiń grono,
Gdźie Heroiny, tálentá chwalono,
Vſłuchał łatwo. A tám gdźie Bogińie
Honor pieśniámi czyniły Lucyńie
Wſpániałych TARŁOW: że, chwałę z uſługi
Im dálá: ſtánął. Zátym regeſtr długi
Tálentow godnych: chwalić poczynáły,
Oddáwáć odgłos, Echá náuczáły.
Niech wie Olympu wſpániáłego Gorá,
Iákich ieſt ozdob Prześwietnego CORA
PODKANCLERZEGO; w innych promieniámi,
W niey ſię Náturá wydáie Słońcámi.
Zá nic Helená w rumiánych korálach,
Vkryć ſię muſzą Nimfy, w ſzklánych ſálách.
Pándorá zgáſłá, to Pállády zdánie,
Ieźli z TERESA, poydźie w porownánie,
Ták ſię Kámillá tá; w pieknych przymiotách,
W drozſzych nád ſkárby zákocháłá Cnotách,
Ze wiedney parze, wiednym ziednoczeniu,
W iáśnie Wielmożnym łączy urodzeniu
Ku Bogu ſkłonność, iáśniey ſię rzec godźi,
Ze pobożnośćią, Lucynę przechodźi.
Skromność, pokorá, przy rożánym wſtydźie;
Sćiśle ſię wiążą: á Dumá w ochydźie
Wieczney zoſtáie: Minerwá przyznáłá,
Ze w śiebie Cnoty, TERESA zebráłá.
W emulácią z tymi przymiotámi
Z ſámymi może iść Cynozurámi.
Słyſzał Peleuſz. Więc gdźie ſwe zagony,
Vrſyni máią z iáſnymi Triony,
Kazał Thálii po wſzytkiey rozgłośić
Europie; cnoty, pod Niebo wynośić.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0009001